Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerisches Recht = Revue de droit suisse = Rivista di diritto svizzero = Revista da dretg svizzer : Halbband II. Referate und Mitteilungen des SJV

Herausgeber: Schweizerischer Juristenverein

Band: 11 (1892)

Rubrik: Rechtsquellen des Cantons Graubünden [Fortsetzung]

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 23.03.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

Schweizerische Rechtsquellen.

Rechtsquellen des Cantons Graubünden.

Die Rechtsquellen des Gotteshausbundes.

Von **L. R. von Salis.**

(Schluss von N. F. Band X.)

K. Statuten des Hochgerichtes Bergell.

Im Kreisarchiv zu Promontogno fand ich im Sommer 1886 die nachfolgenden Statuten des Hochgerichtes Bergell. Sie sind entnommen einem Pergamentband, kl. fol., der die Aufschrift trägt:

Hoc est[1]) statuta totius vallis Praegalliae, visa considerata adiuncta ad antiqua et adempta anno Domini MCLVII, fungente officio spectabili viro Joanne Pigneto praetoris, et revisa iuxta impositionem iussumque utriusque communis anno Domini MCLVIII, fungente officio praetoris domino Joanne Olinerio de Salicibus de Solio, et sic confirmata per annos XX proxime futuros praecipiendo ab anno MDLV.

Quod statutum debet restare in manibus domini potestatis totius vallis Praegalliae super et subtus Porta — Et quod statutum scriptum est per me Gaudentium filium quondam Joannis Olinerii de Salicibus de iussu suprascripti praetoris, et copia istius statuti restavit in manibus meis. — Gaudentius notarius publicus vallis Praegalliae. Auf der Rückseite folgt ein Verzeichnis der Talschaftspodestaten aus den Jahren 1784—1793, dann fol. 1 bis fol. 10 d. die Criminalstatuten, fol. 11—14 eine Fortsetzung des erwähnten Verzeichnisses für die Jahre 1794—1861, hierauf fol. 15—24 d. die Civilstatuten mit der Aufschrift:

Statuta civilia totius vallis Praegalliae super et subtus Porta, una cum statuto criminali antescripto in hoc libro, quod debet restare in manibus domini potestatis totius vallis Praegalliae, MDLVIII. Es folgen sodann noch die jüngeren Redaktionen der Statuten aus den Jahren 1577 und 1597; die Redaktion aus dem Jahr 1577 umfasst blos die Criminalstatuten. Beide Redaktionen

[1]) Später korrigirt in: sunt.

sind zugleich Uebertragungen der Gesetze in die italienische Landessprache. Die Abweichungen der Redaktion des Jahres 1597 von der ältern lateinischen Redaktion ergeben sich aus den dem nachfolgenden Text beigegebenen Noten.

Die mitgeteilte Aufschrift zeigt, dass der uns überlieferte Text nicht die ursprüngliche Statutenredaktion ist; auch in Urkunden aus den Jahren 1546, 1544, 1501 finde ich Statuten erwähnt (Urk. im Gemeindearchiv Soglio, 1546: „nach anhörung der klag, widerred . . . statuten“ . . .; 1544: „et eorum proprio statuto“ . . . 1501: „lut ir landgewere und statuten“; vgl. auch Urk. 1493: „rei dixere: illam sententiam novam scriptam per notarium imperialem bonam et justam et cum signeto publico sui notariatus secundum usum et consuetudinem vallis Praegalliae ideo non opus fuisse eam debere esse sigillatam“).

Der Bischof von Chur blieb bis gegen Ende des XV. Jahrhunderts Inhaber von Herrschaftsrechten im Bergell; der Bischof nennt noch im Jahre 1494 den obersten Beamten der Talschaft „unsern Podestat“. An den Bischof in Chur wurden die Urteile in zweiter Instanz gezogen („für uns als obern gezogen und appelliert“, sagt der Bischof in einer Urk. 1494, Arch. Soglio); diese letztere Kompetenz verlor der Bischof im XVI. Jahrhundert zu Gunsten des Gotteshausbundes. War aber schon im XV. Jahrhundert der bischöfliche Einfluss in Bezug auf Besetzung des Amtes des Podestà ein geringer (vgl. Planta S. 47, unten Urk. 1474), so regeln im Jahre 1496 die Gemeinden der Talschaft unter sich die Art und Weise der Wal des Podestà und zwar vollständig unabhängig vom Bischof, vgl. folgende Urkunden im Archiv zu Soglio: 1390 sagt Bischof Hartmann, einen Streit zwischen Ob- und Unter-Porta entscheidend, als „wir ze Vespran im dorff offentlich ze gericht sassen“; 1424: „Rudolf de Scolaribus iudice delegato in secularibus locumque tenente reverendissimi in Christo patris ac domini nomine domini Joannis episcopi Curiensis pro tribunali sedente secundum ius et consuetudinem vallis Praegalliae“: 1474 sagt der Bischof: „invenimus ab antiquo communitates supra Porta et sub Porta communi consensu elegisse potestatem et ius dicentes, qui in gravioribus causis in Vesperan iustitiam administrarent“; in einem Schiedspruch vom 6. Februar 1496 heisst es: „cum inter communitates superioris ac inferioris lis ac discordia ex parte electionis praetoriae dignitatis extarent“, so seien „elegati“ von Ob- und Unter-Porta ernannt worden; „ita suprascripti homines considentes in stupa communis nostri (zu Vicosopran) sic convenerunt ac disposuerunt: quod omnibus kalendis ianuarii communitas Praegalliae sedecim probos homines videlicet octo de superiori et octo de inferiori eligere debet, qui

puri, sinceri et a nulla communitate nec homine instigati esse debent, sed ex pura ac mera eorum conscientia, ac per iuramentum eorum viritim et separatim unusquisque ab alio in secreto duobus notariis, quos communitas desuper deputat, manifestare debet suam vocem scilicet votum suum hic in Suprano . . . et postmodum cum omnes dederint sua suffragia, ille qui habuerit plura . . . quod sit potestas, tunc illi duo notarii debent . . . proclamare, talem habuisse plura vota, ideo hoc anno esse potestatem Praegalliae". . . .

Das jurisdiktionelle Verhältnis zwischen Ob- und Unter-Porta wurde im Jahre 1533 durch einen Spruch delegirter Richter des Gotteshausbundes in folgender Weise festgesetzt (Urk. d. d. St. Thomas Tag 1533, Arch. Soglio): (1.) Das man das malefitz oder blutgericht on ale spaltung zu Vespran beliben last, derglich was sich von glimpf und ehren, ouch die erbfäl klain und gross sich hinfür mit dem rächten suchen und tryben muss; die erstgemelten stück sollend sich zu Vespran vor demsälbigen potestat sampt sinen rechtsprechern, so ime dann von paiden gemainden under und obport zu verordnet wärden.

(2.) Wann die zyt kumpt, das sy ain potestat setzen welend, so solend also baid gemainden under und oberport ainen glichen zusatz nach ierem alten bruch nemen, und also ain potestat erwelen und setzen, und ine auch nach ierem alten bruch confirmieren und bestätten; und an welichem end er dann gesetzt wird, es sig under oder oberport, und aber ouch nit zu Vespran im dorff sässhafft wär, so sol dersälbig potestat in den nächsten acht tagen darnach bi sinem aid mit siner hushab in das dorff Vespran ziechen und alda des ampts pflägen und warten, als er darumb Gott antwurt wol gäbe.

(3.) Der rechtsprächeren halb so umb die stück, so man gemainlich umb das blutgricht und die andren obgedachten artickel gen Vespran müssen und alda dem rächten warten, ist erkennt, das die under und oberport diesälbigen solend setzen in gestalt, wie von alterhär; und wan sy dan also gesetzt sind, solend sy dan dem rächten by ieren aiden gehorsam sin; und damit diesälbigen rächtsprecher so von underport zu sölichem rächten müssen, so sol man dann dersälbigen aim vorus 6 d. mer geben dann aim zu oberport, und das von irs ungehenden (?) wägs wägen.

(4.) Das die underport für die spän umb ally andry stück, ligens und varends wie das ist, under inen sälbs mugend berächten, und darzu ainen amman und gricht under inen selbs setzen mit der meren hand, und alda frömden und haimschen gut gricht und rächt halten wie hernach stat; und wann also ain amman gesetzt

ist und er mit der meren hand uff Sülg[1]) gesetzt wird, so sol derselbig amman ain lütinent und versächer hernida im land haben, wo es am geschicktesten hernida ist; wan sich begeben würd, das ain frömder man alda zu underport etwas zu schafen hab, das derselbig nit hinuf an den berg müsse, so mag dann dersälbig frömbd man zu demsälbig lütenant zukeren und im sin handel anzeigen; und kann der lütinent den clagenden abstellen on recht, so ist die sach erlöst; ob aber der frömd man sich des nit benügen möcht, so sol dann der lütinent im von stund an recht setzen und der amman lassen wissen, dersälbig sol dann herab kumen und im das recht onverzogenlich ergan lassen. Und ob aber der amman hernida im land gesetzt wurd, so solle derselbig amman den frömden mann aber solicher gestalt abstellen. Was sy aber sälbs underport mit ainandern zu rächten und zu thun habend, lassend wir sy by ier landsrecht und satzung beliben, usgenommen die ersten artickel so sich zu Vespran berächten müssen in all wäg on schaden.

(5.) Ob sach sin wurd, das die oberport lieber sälbs ain amman dann ain potestat haben wölten, sölich sachen usserhalb dem malefitz mit sinen anhangenden stücken, so im ersten artickel mit recht erkennt, ouch in mass wie die underport ir gricht usserhalb dem potestat besetzen und inen erkennt ist, mugend sy wol tun; habend sy aber ain potestat lieber zu einem amman umb sölich sachen, wie die zu underport, zu rächten, lassen wir beschechen.

I. Statuta Criminalia.

1. (Ital. Red. 1.) Item statutum est, quod singulo anno primo die Ianuarii sine aliqua banida debent communitates congregari, et quaelibet communitas debet eligere viros octo ac notarium sufficienciores semper per iuramentum, qui eant ad locum iuxta morem antiquorum ad eligendum unum virum qui praesit in regimine totius communis; quibus hominibus dictus potestas creatus debeat facere expensas[2]) pro illo die tantum; qui potestas cum decem et octo iuratis debet administrare iusticiam[3]) in criminali et de hereditate,

---

[1]) Soglio.

[2]) Ital. Red.: cioe L. 6.

[3]) Ital. Red.: in criminalle et decretar alli parti litiganti che possino pigliare in lor consiglio duoi giurati solamente con il loro amosadore, salvo per causa di maleficio si possino provedere d'un avocatto volendo ma non volendo resta in libertà d'eil' honorata dritura di Pargella.

2. (Ital. Red. 4.) Item statutum est, quod omnia comicia fienda in nostra valle Prægalliae tam in eligendo viros, qui gubernant patriam quam in ceteris banidis faciendis ex parte communis, debeant fieri per iuramentum, et dominus potestas, ministrales vel locitenentes debeant admonere populum quod debeat considerare honorem ac utilitatem communitatis, et per iuramentum eorum dare suffragia, quemadmodum danda esset sentencia, et non suas proprias utilitates considerare, sed super omnia honorem ac utiiitatem communitatum.

3. (Ital. Red. 2.) Item statutum est, quod illico postquam electus seu creatus fuerit potestas, debeat suo iuramento promittere ut sequitur: principio quod soli Deo exhibeatur omnis honor et gloria; secundario orphanis, viduis et excordibus personis subvenire; tercio honorem, praeeminencias, iura et utilitatem universae vallis defendere ac tueri et sua incommoda oneraque contra communitates machinantes propulsare et eradicare; quarto castigare et punire omnes malignantes et scœleratos; quinto auditis partibus, si iurati forent aequales in sentenciam obsecuti, dari illi parti cui iustiorem fore arbitratur; sexto servare statuta; septimo ne apponat sigillum communitatis ad aliquas scripturas sine consensu iuris. Item suprascriptum iuramentum debeat fieri per praecedentem potestatem anni proximi elapsi; si autem non mutatus fuerit, tunc debet proponi suprascriptum iuramentum per unum virum nostrae totius vallis.

4. (Ital. Red. 2.) Item statutum est, quod iurati criminales debent promittere iuramento elevatis digitis[1]) obedientes esse potestati, promovere iura et praeeminencias communitatis, praestare auxilium et favorem orphanis viduisque ac excordibus personis, ne opprimantur, malignos scœleratosque punire, statuta servare, secreta non manifestare nisi ad opus fuerit, iuxta actiones, responsiones et statuta sentenciare et in omnibus aliis casibus iusta iudicare.

5. (Ital. Red. 6.) Item statutum est, quod potestas ea die dum iurati praestant iuramentum, debet diligenter investigare, si aliquis contrafecisset suprascriptis statutis.

6. (Ital. Red. 6.) Item statutum est, quod inprimis inhibitum est, ne quisque per alium aliquo ambitu sollicitet, ut eligatur in aliquod officium, et si per duos testes idoneos approbatum venit, tunc talis contrafaciens non debet eligi nec adoperari per spacium trium annorum in vallis negociis aut officiis communitatis Praegalliae, et hoc non debet sibi

[1]) Ital. Red.: con tre ditte distesse.

indulgeri per aliquas condonaciones aut gratiam, et hoc intelligitur eciam de diettis.[1])

7. (Ital. Red. 7.) Item statutum est, quod si quis impetraverit aut praticam fecerit seu expensas pro alio et alio quovismodo se exercitaverit, ut quispiam eligeretur in aliquo officio aut eciam ad dyetham, tunc talis transgrediens et contrafaciens sit crodatus libras 100 den. et per spatium unius anni privari ab omni honore.[2])

8. (Ital. Red. 8.) Item statutum est, quod potestas, ministrales et omnes iuratores illico postquam electi fuerint, debent inter se consulere et perscrutari, si aliquid contrafactum fuerit, et per suum iuramentum manifestare, et tunc ponere omnem causam ad puniendum huiusmodi contrafacientes.

9. (Ital. Red. 9.) Item statutum est, quod omnes banidae debeant per voces[3]) declarari per iuramentum, quemadmodum esset una sentencia.

10. (Ital. Red. 10.) Item statutum est, quod nullus debeat dare vocem in nostra communitate pro communi, nisi excedat annos octodecim, nec eciam senes quibus inhaerent sensus pueriles.

11. (Ital. Red. 11.) Item statutum est, quod in criminalibus debeat administrari iusticia per totum annum, salvo in diebus festivis inferius descriptis, videlicet per dom. potestatem et octodecim iuratores cum servitute duorum decanorum.

12. (Ital. Red. 11.) Item statutum est, quando fit iudicium super sanguinem, tunc debent eligi duo tercii tamquam accessores ipsius dom. potestatis, qui[4]) assideant in iudicando ipsi dom. potestati.

13. (Ital. Red. 3.) Item statutum est, quod debent feriari omnes domenicae, natalis et circumcisionis domini, epiphaniae et incarnacionis dom. nostri Jesu Christi et assensionis, sub poena libr. 10 den.[5]) communibus.[6])

---

[1]) Ital. Red. fügt bei: et li trasgressori siano crodati alli communi R. 50.

[2]) Ital. Red. fügt bei: et li mangitori e bevitori in simili casi siano crodati L. 100 senza gratia.

[3]) Ital. Red.: a ciascuno.

[4]) Ital. Red.: qualli seder devono uno alla destra, l'altro alla sinistra del Sig. Podestà.

[5]) Ital. Red.: L. 25.

[6]) Ital. Red. fährt fort: Et l'oste criminalle deve sborsare L. 5 dalle L. 25 ciascuna persona e li cavalanti terieri siano tenuti a far dette feste conducendo la lor propria robba e mercancia, ma de mercanti forestieri che siano liberi e senza pena mostrando però letera di fretta, altrimente siano tenuti di farle; alli cavallanti forestieri e condutieri si concede libero transito potendo li nostri darli ajuto e far qualsi voglia servitù senza pena.

14. (Ital. Red. 3.) Item statutum est, quod in dictis diebus festivis nulla persona debet opus aliquod facere nec aliqua negocia agere sub eadem poena, salvo in estate tempore fortuna possint colligi frumentum et seligo[1]) et alia huiusmodi, de quibus emineret periculum ut perirent.[2])

15. (Ital. Red. 14.) Item statutum est, quod nulla persona debet saltare[3]) in dictis diebus festivis nec in aliis profestis diebus, salvo diebus nuptialibus honeste et non profuse aut nimis lascive sub eadem poena antescripta.[4])

16.[5]) Item statutum est, quod nullus debet trahere moram in plateis aut diversoriis per eam horam qua concionatur, sub poena suprascripta.

17. (Ital. Red. 15.) Item statutum est, quod nulla persona debet aliquo modo ludere salvo a la plotella, sub poena suprascripta.[6])

18.[7]) Item statutum est, quod si aliquis aliqualiter blasphematus fuerit, debet castigari in laude iuris.

19. (Ital. Red. 16.) Item statutum est, quod huiusmodi fallae ac poenae debent exigi per hospitem criminalis, et accusator debet habere quociens accusaverit a dicto hospite libr. 2 den. a dictis libr. 10, et dictus hospes debet reddere raciones communibus.[8])

20. (Ital. Red. 17.) Item statutum est, quod sobrini primi et secundi ac affines in eodem gradu existentes non possint

---

[1]) Ital. Red.: segalle.

[2]) Ital. Red. fügt bei: con licenza del Sig. Podestà, ministralle o vero Logotenente.

[3]) Ital. Red.: balare ne far saltare.

[4]) Ital. Red.: similmente che nisuna persona deve andare atorno ne di giorno ne di notte in maschera ò bigolda sotto pena di L. 100 et li reportatori pagati come sopra.

[5]) Ital. Red. 12: Che ogni persona tanto maschio quanto femina devono andare a predica, sotto pena di L. 25 e li predicatori di ogni terra insiemi con li giurati del criminalle di quel luocho devono haver avertenza di notar li contrafaciendi e poi manifestare al Sig. Podestà et dritura criminalle.

[6]) Ital. Red.: salvo per vino ò per un pasto, et se più giocassero, talli siano castigati in laude del dritto et più crodati in L. 10.

[7]) Ital. Red. 13: Li bestemiatori contra Iddio Padre, Figliuollo e Spirito santo e contro la Vergine Maria Madre del nostro Sig. Jesu Christo siano crodatti in L. 100 e più oltre in laude del dritto, e li predicatori d ogni terra insieme con li giurati siano tenuti come sopra.

[8]) Ital. Red.: e se una comunità donasse cosa alcuna, l'altra si possa scodere l'intiera falla.

administrare iusticiam nec testificare nec intervenire scilicet in recipiendis indiciis et in aliis casibus.[1])

21. (Ital. Red. 58.) Item statutum est, quod illi qui sunt in securancia possint administrare ius, prout iuri videbitur sint admittendi aut reiiciendi.

22. (Ital. Red. 20.) Item statutum est, quod nullus possit petere totum ius, sed hoc debet fieri in laude iuris, et[2]) ius criminale debet sedere in sententiando, sed civile non.

23. (Ital. Red. 19.) Item statutum est, quod in criminali ac eciam in civili debeant adiudicari bystandt.[3])

24.[4]) Item statutum est, quod si quis adoperaretur prolocutorem, adiutorem aut bystandt, qui non essent e numero iuratorum, debeat eos solvere et non debent poni in expensas iuris, tam in civile quam in criminale.

25. (Ital. Red. 21.) Item statutum est, si aliquis iuratorum bannitus fuerit, debet esse obediens praetori et ad locum esse debet hora decima quovis tempore, sub poena libr. 10 den. communitati, et dom. praetor sub poena libr. 20 den., quae exigi debent per hospitem criminalis sine aliqua gracia, et hoc intelligitur de iure criminali tantum, et idem hospes debet reddere racionem communibus.

26. (Ital. Red. 22.) Item statutum est, si quis electus fuerit ad eundum in dietam vel in alia negocia communitatum, quod talis debet ire in suis expensis et efficere omnia quae sibi ordinata aut imposita forent libere et iuste, et si aliter ageret, (sit ac) esse debeat privatus a fide et iuramento, et amplius non debeat eligi nec adoperari in sua vita in aliquibus negociis communitatum.

27. (Ital. Red. 22.) Item statutum est, si aliquis eligeretur ad eundum pro aliquibus negociis communis hic in nostra valle Praegalliae, quod talis debeat effectum reddere omne id quod sibi impositum sit (prout suprascr.), et talis debeat habere expensas tantum.

---

[1]) Ital. Red.: et questo quantunque le parti si fidassero.

[2]) Der Ital. Red. fehlt der Schluss.

[3]) Ital. Red.: pistanderi à spessa di quelli che lo dimandino et similmente amossadori fuor del dritto ordinario.

[4]) Vgl. Ital. Red. 19 (Schluss); 18: Li Sig. Podestà ò loro logotenenti possino intervenire in qualunque sentenza, e ancora domander attorno in consiglio in luocho delli amossadori, non essendo parenti come sopra; ma li Sig. Ministralli ò logotenenti non possino intervenire in sentenza privata, ma che sia lecito alli giurati del civille à retirarse e formar sentenza.

28.[1]) Item statutum est, cum quis electus fuerit ministralis aut ad dietam, tunc non debet eligi in spacio quatuor annorum et in dieta fieri in quarta vice, et hoc intelligitur quod non debeant eciam eligi, si fuerint plures in una domo simul commorantes infra illum terminum dictorum annorum.

29. (Ital. Red. 23.) Item statutum est, quod si filius neque filia debeant parentes blasphemare nec iniuriare, et si quis contrafaceret, debet luere poenas et castigari in laude iuris.

30. (Ital Red. 23.) Item statutum est, si quis filius aut filia percuteret patrem aut matrem, tunc talis pater aut mater possit tales gnatos aut gnatas privare terciam partem[2]) hereditatis, videlicet unumquemque pro sua rata, et ultra debeant puniri in laude iuris.[3])

31. (Ital. Red. 24.) Item statutum est, si quis pater aut mater haberent plures filios aut filias qui remanerent in domo parentum, et quod post obitum parentum oriretur aliqua differencia inter illos, qui exierunt et separaverunt a parentibus, tunc talis differencia debeat diffiniri et determinari per duos probos viros eligendos de proximioribus eorum, et si illi duo non scirent convenire, quod habeant potestatem eligendi tercium arbitrum penes se, et quicquid per eos tres arbitros tunc arbitratum fuerit et determinatum, debet esse firmum et validum; et si conparuerint coram iure, quod ius non teneatur in simili casu administrare ius; ac illi arbitri in simili casu debent considerare tam facultatem parentum[4]) tam gestum[5]) eorum filiorum vel filiarum qui aut quae remanserint in domo usque ad obitum parentum.

32. (Ital. Red. 25.) Item statutum est, si filius aut filia exiret e domo parentum et si parentes venirent in necessitate, tunc talis filius aut filia sit obligatus ad subveniendum parentibus in laude iuris.[6])

---

[1]) Die Bestimmung dieses Artikels ist später durchgestrichen worden; sie fehlt in der ital. Red.

[2]) Ital. Red.: della mitta della loro heredità.

[3]) Ital. Red. fügt bei: e dar alli communi L. 200, e se li biastemassero, siano crodatti L. 100 senza gratia e venendo in noticia che padri e madri vengono maltrati, e ordinato, che il dritto criminalle deve invistigare in che modi vengono tratati li vecchi, per tanto si deve severamente castigare li trasgressori ad esempio d'altri.

[4]) Ital. Red.: facoltà de essi padri e madri.

[5]) Ital. Red.: li deportamenti.

[6]) Ital. Red.: e li desubidienti siano citati e castigati come sopra.

33. (Ital. Red. 26.) Item statutum est, si filius aut filia commoratus fuerit in domo cum patre, incideret in aliquod homicidium, furtum, ludum, fornicacionem aut fideiussoriam obligacionem, in illis casibus pater non sit obligatus quicque, et hoc omnia intelligitur frater fratri nec soror sorori vel fratri.

34. (Ital. Red. 27.) Item statutum est, si quis filius aut filia nupserit sine consilio parentum infra vigesimum annum suae aetatis, tunc parentes possint tales filios aut filias privare tercia parte hereditatum ipsius, et[1]) hoc intelligitur quilibet parentum pro sua rata.

35. (Ital. Red. 27.) Item statutum est, si filius aut filia careret patre aut matre, quod non debeant nubere sine consensu suorum proximorum consanguineorum in aetate suprascripta et sub poena suprascripta.

36. (Ital. Red. 28.) Item statutum est, quod infra tercium gradum consanguinitatis nemo debet contrahere matrimonium[2]).

37. (Ital. Red. 30.) Item statutum est, quod nulla persona debeat se intromittere ad faciendum fieri aliquod matrimonium inter eos qui habent patrem aut matrem aut alios honoratos consanguineos; et si quis contrafecerit, sit crodatus in poena fl. R. 50 den., parti recipienti iniuriam R. 25 et reliquos 25 communitati; et si fuerit masculus, non debet adoperari in nostra communitate per tres annos; si autem fuerit femina, sit crodata in eadem poena pecuniaria et praeterea poni in catenam publicam.

38.[3]) Item statutum est, si quis ligatus matrimonio vitu-

---

[1]) Der Schluss fehlt in der ital. Red.

[2]) Ital. Red. fügt bei: e essendo contrato matrimonio tal sia nullo, e li contraenti siano crodati ciascun di loro in L. 200 e più in laude del dritto.

[3]) Ital. Red. 31: Se un maritato svergognasse una giovina di buona voce e fama, che tal maritato sia crodato alli comuni R. 100 e per anni 5 privato di fede e giuramento, e tal giovana par sua pena sia messa in catena publica per tre hore, qualle sia tenuta a tener la creatura per sei setimane essendolli pagato R. 6 per la paiola e non più, e se tal maritato o vedovo non havesse da pagare la sudetta suma, sia anco esso messo in catena publica per tre hore; e questo s'intende ancora delle fantesche che stanno in casa del maritato ò vedovo essendo di buona voce e fama. — 32: Se un maritato havesse commercio con una maritata di buona voce e fama, che tal maritato sia crodato alli comuni R. 150 e sia privato di fede e giuramento per anni 6 e più in laude del dritto, e la robba di tal

peraret aliquam virginem, quod ea ipsa teneatur habere infantem penes se tres menses, et illa debet habere a tali persona fl. R. 10 den. pro illis tribus mensibus et non plus, et ulterius talis vir sit crodatus communibus fl. R. 50 den. sine aliqua gracia, et hospes criminalis teneatur exigere et dare raciones communibus, et praeterea non debet molestari talis vir.

39. Item statutum est, si quis non ligatus esset matrimonio vel eciam ligatus vituperaret aliquam viduam vel aliam matrimonio alligatam, debeat dare communibus pro poena pecuniaria fl. R. 50 utsupra, et tali mulieri R. 5 den. pro omnibus molestiis.

40. Item statutum est, si quis vituperaverit ancillam servientem in eius domo, quod talis teneatur dare ancillae fl. R. 10 den. et communibus fl. R. 50 den., et dictus hospes teneatur exigere sine gracia ac dare raciones communibus et ulterius non debeat molestari, sed per annos quinque debet esse privatus a fide et iuramento absque gracia, et talis ancilla debeat habere et tenere infantem penes se per tres menses.

41. (Ital. Red. 34.) Item statutum est, quod eligatur iudex in causa matrimoniali, videlicet uno anno supra porta et altero infra, et tres iurati supra et tres infra, et huiusmodi iudices debeant eligi per iuratos iurisdictionis criminalis prima die quando congregantur ad recipiendum iuramentum, et debent administrare in loco ubi differencia oritur,[1]) et iudices debent habere quolibet die grossos 10 den.

---

donna havendo figlioli deve restar alli figlioli, però che il marito ne resta usufructario in vita sua, e che essa sia messa in catena per tre hore e pagar tutte le spese del dritto e non più. — 33: Ancora se un giovine svergognasse una giovine di buona voce e fama, deve esser crodato R. 50 alli comuni e star in torre un giorno et una notte, e la giovine sia castigata R. 25 e posta in cattena publica per tre hore e habbia R. 6 come sopra.

[1]) Ital. Red.: e il solito è che le bachete sentono à Vicosoprano, Bondo, Soglio e Casacia, li qualli guidici devono havere L. 7 per loro spese e non più; item tali giudici debbano haver plenna posanza di proceder con loro e sentenciare in tutti casi, salvo nel sangue torture e simili casi qualli per il Sig. Podestà e suoi giurati devono esser eseguite. — 35: Che nissun matrimonio sia valido, se non è chiaramente testificato e provato per duoi huomini ò tre donne suficiente per il giuramento. — 36: Qualunque persona qualle volle contraher matrimonio sia tenuto far fare le benedicioni ò vero parolle di presente da un predicante sotto pena di L. 100, intendendo che sotto la medema pena nissun s'intrometta à far tali benedicioni, e che li predicatori siano tenuti à richiesta delli contraenti à far la benedicione in chiesa.

42. (Ital. Red. 37.) Item statutum est, quod ius criminale possit aperire appellacionem,[1]) quamvis in civile non fuerit concessa iuxta tenorem statuti.

43.[2]) Item statutum est, quod spurii et spuriae aut nothi possint hereditare matrem tantum et non ultra.

44. Item statutum est, si quis habet filios aut filias non ex legitimo matrimonio genitos vel natos et voluerit eos providere, ut aliquod habeant de suis bonis, tunc talis pater possit eisdem legare terciam partem quantum hereditare potest unus filius legitimus; et si non haberet legitimos, tunc possit eisdem nothis legare terciam partem[3]) omnium suorum bonorum; et si filii legitimi obirent sine prole legitima, tunc tales nothi possunt hereditare terciam partem ipsius patris tantum, si pater legaverit utsupra; et eo casu si pater non providerit utsupra, tunc sit in potestate iuris ad faciendum fieri participacionem e suis bonis iuxta qualitatem bonorum et qualitatem personae et gestum.

45. Item statutum est, quod illa bona, quae legata forent nothis, et in eventu quod huiusmodi illegitimi obirent sine prole, tunc illa bona debeant reverti ad illos legitimos unde processerunt, et si legitimi obirent sine prole legitima, quod nothi possint hereditare terciam partem ipsius patris si praefecerit aut ius utsupra.

46. (Ital. Red. 39.) Item statutum est, quod in una parentela debeant hereditare seu succedere usque in tercio gradu quilibet pro sua rata secundum lineam, redeuntibus bonis unde descenderent, et excedendo tercium gradum, quod proximior consanguineus possit hereditare, revertendo tamen bona unde habent originem.

47. (Ital. Red. 40.) Item statutum est, quod quilibet vir possit legare usque ad quantitatem libr. 50 den., et mulier seu femina usque ad quantitatem libr. 25, quibus voluerint, extra heredes.

48. (Ital. Red. 29.) Item statutum est, quod nullus debeat se commiscere copula carnali videlicet cum sua matre, sorore, filia, nuru, cognata, socra, noverca, vitricia aut sobrina[4]), sub poena vitae et ulterius in bonis debet castigari in laude iuris.

[1]) Ital. Red.: ma non sopra giuramento per li parti litiganti fatto.

[2]) Art. 43, 44, 45 sind enthalten in Ital. Red. 38, jedoch in kürzerer Fassung. Art. 43 und 45 sind von späterer Hand durchgestrichen worden.

[3]) Ital. Red.: quinta parte.

[4]) Ital. Red.: madre, figliola, nora, cogniata, socera, madregna, figliastra ò cugina.

49. (Ital. Red. 29.) Item statutum est, si quis ulterius maculaverit de sua consanguinitate aut affinitate usque ad tercium gradum consanguinitatis, talis persona debet castigari in laude iuris.

50. (Ital. Red. 42.) Item statutum est, quod nullus debet loqui aliqua verba contra famam seu honorem alicuius personae, et si quis contrafecerit et non potest probare, sit crodatus libr. 50 den. parti illi de qua verba dicta fuerint.

51. (Ital. Red. 41.) Item statutum est, si aliqua femina loqueretur contra honorem alicuius personae et ea non poterit probare, debet condemnari in expensis iuris et ulterius castigari in laude iuris.

52. (Ital. Red. 43.) Item statutum est, si aliqua persona dixerit aut loqueretur verba iniuriosa contra honorem alicuius personae et se intromittere voluerit ad probandum ipsa verba, quae sustinere non poterit, tunc talis persona debet privari fide et iuramento et dare illi contra quem locutus est libr. 20 den., non derogando quicque antedicta duo statuta; et si poenitencia ductus esset, ita ut cessaret et noluerit probare, tunc debet solvere expensas iuris et dare parti recipienti iniuriam similiter libr. 20 den. et ulterius castigari in laude iuris, non derogando eciam dicta ante statuta.

53. (Ital. Red. 44.) Item statutum est, si aliqua persona indebite arguerit aliquem mendacii, illa persona sit crodata libr. 20 den. parti recipienti iniuriam sine gracia, et[1]) talis habeat parabolam et in tribus diebus, hoc est in capite dierum possit deferre pignora.

54. (Ital. Red. 45.) Item statutum est, cum communitas congregata est per banidas, quod nullus debeat incipere aliquas discordias aut quaestiones verbis inhonestis contra honorem alicuius vel arguendo aliquem mendacii aut factis. Et si quis egerit aut contrafecerit utsupra, talis persona debet exportare omnes mendancias et ulterius puniri in laude iuris et dare communibus pro poena fl. R. 50 den. exigendos utsupra.

55. (Ital. Red. 46.) Item statutum est, si aliqui inter se percusserint, quod nullus debet assumere parcialitatem, sub poena fl. R. 10 den.[2]) crodatorum communitati et ulterius castigari in laude iuris.

56. (Ital. Red. 47.) Item statutum est, quod nulla persona debeat damnificare aliam, neque in bonis vel in honore

---

[1]) Ital. Red.: e habbia parola pasati li tre giorni menar via li pegni.

[2]) Ital. Red.: R. 20.

neque in persona aut corpore, et si quis contrafecerit, debeat puniri prout delictum factum fuerit.

57. (Ital. Red. 48.) Item statutum est, si aliqua persona dixerit ad aliquem vel nominaverit scelestis, fur, latro, khätzer,[1]) et talia non potest probare aut sustinere, talis non debeat adoperari per spacium unius anni et crodatus in libr. 100 den., videlicet 50 communibus, alios 50 parti recipienti iniuriam, et ulterius debet puniri in laude iuris, et si esset in officium, sit destitutus officio illo per unum annum sine aliqua gracia.

58. (Ital. Red. 49.) Item statutum est, si aliqua persona impegerit masladam alicui sive pugno percusserit, sit crodata pro mendancia potestati libr. 3 den. et ulterius debet puniri in laude iuris.

59. (Ital. Red. 50.) Item statutum est, si aliqua persona evaginaret gladium aut extraheret aliquod ferrum aut aliud instrumentum adoperaretur contra aliam personam cum fraude aut malicia non faciendo sanguinem, sit crodatus potestati similiter libr. 3 den.

60. (Ital. Red. 50.) Item statutum est, si quis fecerit sanguinem cum pugno percuciendo, sit crodatus libr. 10 den. potestati et ulterius debet castigari in laude iuris.

61. (Ital. Red. 51.) Item statutum est, si quis percusserit cum ferro, baculo aut aliquo alio instrumento et non fecerit sanguinem, sit crodatus libr. 20 den., et faciens sanguinem sit crodatus libr. 40 den. potestati.

62. (Ital. Red. 52.) Item statutum est, si aliqua persona acciperet aut manibus levaverit lapidem cum fraude aut malicia, et si non proiecerit e manibus, talis sit crodatus libr. 3 den., et si proiecerit e manibus contra aliquam personam et neminem tetigerit, sit crodatus libr. 20, et si proiiciens lapidem e manibus aliquem tetigerit, sit crodatus libr. 40 den. potestati et ulterius castigari debet in laude iuris.

63. (Ital. Red. 53.) Item statutum est, si qua persona percusserit aliam personam animo praemeditato, tunc debeat privari fide et iuramento et ulterius debet castigari[2]) in laude iuris.

64. (Ital. Red. 54.) Item statutum est, si qua persona fecerit litem aut quaestionem in nostra iurisdictione Praegalliae, tunc talis persona debet illico, postquam requisitus fuerit, praestare securanciam iuxta statutum vallis Praegal-

---

[1]) Ital. Red.: schelm, morder, ladro, caser.

[2]) Ital. Red.: alli communi L. 200 senza gratia.

liae, quod est pro consanguineis et amicis in patria et extra patriam; et si advenae non invenerint per iuramentum aliquem fideiussorem ac suo iuramento promittit stare iuri hic in nostra valle Praegalliae, quando requisitus fuerit, quod statur iuramento suo.

65. (Ital. Red. 55.) Item statutum est, si qua persona noluerit praestare securanciam, ita ut oporteret eum admonere propter fallam communis, tunc pro una vice, si requisitus fuerit praestare securanciam, debet esse crodatus libr. 3 den. communibus et debeant exigi utsupra sine aliqua gracia; et si secundario requisitus fuerit ad praestandum securanciam et noluerit obedire, debet esse crodatus libr. 10 den. communibus utsupra. Item si tercia vice monitus fuerit et noluerit securare, tunc illa persona, quae in principio postulavit securanciam, sit obligata sub poena fidis et iuramenti omniaque expensare ad ponendum manum in personam illam[1]), et omnes alii, qui requisiti fuerint, sint obligati ad praestandum auxilium sub eadem poena, ut ille qui noluerit securare personaliter conducatur ad vicum supremum[2]) in manibus dom. potestatis, et ibidem debet exportare expensas quae factae forent de causa, et ulterius debet puniri in laude iuris; et si aliquid enormitatum[3]) interim oriretur, debet similiter exportare ille qui noluerit securare.[4])

66. (Ital. Red. 57.) Item statutum est, quod nulla persona debet loqui contra honorem eius cum qua est in securancia, et si loqueretur aliqua verba iniuriosa aut exprobatoria aut alias contra honorem et illud possit probare, sit crodatus libr. 20 den., et si talis persona non poterit probare ea quae dixit, sit crodata libr. 40, et[5]) privata a fide et iuramento.

67. (Ital. Red. 57.) Item statutum est, quod qui posii sunt in securanciam non debent loqui coram iudicio, nisi per eorum prolocutorem.

---

[1]) Ital. Red.: sotto pena di fede e giuramento ed ogni spesa qualle incorressero.

[2]) Vicosoprano.

[3]) Ital. Red.: alcuna normita.

[4]) Ital. Red. 56: Quelli che cominciano questioni essendolli domandato fritt, oltre alla terza volta e non dasse fritt, siano crodatti alli communi L. 200 senza gratia, e quelli che domandano fritt ò siguranza, siano obligatto à chiamar ajuto delle persone presente che ajutino, e quelli che non ajutino siano crodatti alli communi L. 50.

[5]) Der Schluss fehlt in der ital. Red.

68. Item statutum est, si aliqua persona vellet aliqualiter percuttere eam personam, cum qua est in securancia, tunc talis persona debeat privari fide et iuramento et dare communibus libr. 100 den.

69. (Ital. Red. 60.) Item statutum est, si quis percusserit aliam personam, cum qua est in securancia, talis sit castigatus in persona, et per gladium debet decapitari et solvere omnes expensas et dare communibus libr. 100 den.;[1]) et si fugeret extra iurisdictionem nostram, debet exulare in perpetuum et hoc in laude iuris.

70. (Ital. Red. 60.) Item statutum est, si quis occideret aliam personam, cum qua est in securancia, tunc talis persona et homicida[2]) debeat cum rota interfici et solvere expensas ac dare communibus libr. 100 den.; et si fugeret extra vallem, debeat proclamari per publicum latronem.[3])

71. (Ital. Red. 61.) Item statutum est, tociens quociens aliqua persona occideret aliquam aliam personam inique, occulte aut maliciose, illa talis persona debet interfici cum rota, ut mos est, et dare ultra communibus libr. 200 den. et solvere omnes expensas iuridiciales; et si fugeret extra vallem, debet proclamari utsupra et publicari utsupra.

72. (Ital. Red. 61.) Item statutum est, si aliquando personae propter maliciam se percutterent occulte,[4]) et postquam comiserint delictum, et noluerint confiteri, tales personae debent puniri secundum qualitatem delicti in bonis et personae in laude iuris.

73. (Ital. Red. 62.) Item statutum est, si aliqua persona casu[5]) et non animo praemeditato aut per industriam occideret aliam personam, talis persona, si veniret in manus iuris, debet gladio decapitari; et si fugeret extra vallem, debeat habere bannum per spacium unius anni et solvere omnes expensas ac dare communibus libr. 100 den.[6]) Et elapso anno talis homicida debet admonere ius de suo casu, et si habet pacem cum amicis interfecti, tunc debet liberari; si autem non habuerit pacem, tunc ius debet providere ad omnia tam pro pace quam pro reliquis considerando casum. Et si quis homicida veniret sine licentia iuris, debet puniri in laude iuris.

---

[1]) Ital. Red.: L. 200.

[2]) Ital. Red.: micidialle.

[3]) Ital. Red.: schelmo.

[4]) Ital. Red.: maliciossamente.

[5]) Ital. Red.: ad infallo e disgratiatamente.

[6]) Ital. Red.: 200.

74. (Ital. Red. 62.) Item statutum est, si (quis) occideret homicidam, tunc amici utrarum partium debent securare, salvo contra homicidam.

75. (Ital. Red. 63.) Item statutum est, quod de furtis et aliis malefactis debet dom. potestas una cum suis iuratis diligenter perscrutare et examinare indicia, vocem et famam cum delatoribus, prout coram eis venerit, tam de furtis quam de aliis malefactis, debeantque sedere supra casum et habeant potestatem capiendi, tormentandi et puniendi, prout eis iustum et aequum videbitur, et in casu tormentandi, quod praecones[1]) debeant tormentare.[2])

76. (Ital. Red. 67.) Item statutum est, quod de furtis debent audiri mulieres et pueri, et spoliatus possit per huiusmodi testes probare, qui non sint suspecti.

77. (Ital. Red. 68.) Item statutum est, quod si alicui personae aliquid furatum fuerit ultra summam unius librae den., quod talis persona sit obligata exportare proximiori iurato et similiter furem si scit, et iuratus debet deferre dom. potestati seu iuri.

78. (Ital. Red. 69.) Item statutum est, si aliqua persona se lamentaretur, quod sibi furto ablatum esset aliquid, coram dom. praetore aut coram iure, et si ipsa persona vult procedere contra furem suis expensis, quod ea ipsa subrepta debent duplo restitui ipsi, cui abrepta fuerint, et praeterea puniri debent.

79. (Ital. Red. 69.) Item statutum est, si talis persona admonuerit tantum ius et ultra noluerit se intromittere, tunc subrepta sint in potestate iuris.

80. (Ital. Red. 70.) Item statutum est, si dom. praetor aut arreopagita[3]) caperent aliquem latronem vel furem non habitantem in nostra valle Praegalliae, tunc ille qui spolia-

---

[1]) Ital. Red.: li degani.

[2]) Ital. Red. 64: Che il Sig. Podestà habbia plena possanza, di meter mano à qualunque persona forestiera sospeta o per scrittura di processo notificata trovandola nella nostra valle, e similmente nella persona de nostri volendo loro partirsi; item in altri casi che habbia consiglio con la piu parte del dritto. — 65: Che nissun Podestà, logotenente, nodaro criminalle deve tener osteria criminalle sotto pena di fede e giuramento. — 66: Se alcuni vendesse beni liberi ad propriura, sopra li qualli si trovassero fitti o sigurezza, obligationi, et alle non specificasse, sia crodato alli communi L. 100 senza gratia e privato di fede e giuramento, parimente se facesse due sigurezze sopra un bene e non valesse tanto, sia sotto la medema pena.

[3]) Ital. Red.: Podestà con suoi giurati.

tus est debet moneri, utrum velit conqueri furem in suis expensis nec ne; et si conqueritur, tunc ei debeat restitui, si vero non procederet, tunc attinet iuri.

81. (Ital. Red. 71.) Item statutum est, quod in procedendo, capiendo, tormentando aut alias agendo contra personas castigacione dignas, illi iurati, remansi non suspecti, possint procedere prout eis iustum videbitur in uno quoque casu.

82. (Ital. Red. 72.) Item statutum est, si qua persona furto surrepserit de bonis alterius usque ad quantitatem unius bazi, tunc potest cum tormento ulterius probari in laude iuris[1]), et excedendo bazum debet iuridice privari fide et iuramento, et hoc in laude iuris.

83. (Ital. Red. 73.) Item statutum est, si qua persona furata fuerit usque ad quantitatem libr. 6 den., tunc debet tali personae abscindi ambas aures; et si furata fuerit usque ad quantitatem libr. 9, debet descindi manum sinistram; et pro libr. 15 debet vir suspendi et mulier in aqua immergi[2]) et crodata in libr. 100 den. communibus, et hoc totum in laude iuris.

84. (Ital. Red. 74.) Item statutum est, quod de rebus cuilibet sublatis per furtum possit quislibet sua propria auctoritate sequestrare et ad manus iuris ponere et non per se retinere.

85.[3]) Item statutum est, si qua persona loqueretur coram iure videlicet contra dom. potestatem, ministralem seu locumtenentem, iuratos, prolocutores vel notum legentes aut iam legerit aut contra suprascriptos inciperet errorem vel litem, tunc talis persona sit crodata iuri libr. 10 den. absque aliqua gracia nec contradictione.

86.[3]) Item statutum est, si quis iniuriaverit vel contrafecerit dictis factisve contra homines nostrae vallis Praegalliae habentes iuramentum et volentes exequi eorum officium, videlicet existimando vel in aliis officiis, sit crodatus in libr. 50 den., videlicet libr. 25 iuri et alias libr. 25 parti iniuriam sufferenti, et hoc intelligitur tam in criminali quam in civili.

---

[1]) Ital. Red.: tal persona sia torturato e di più secondo parera il dritto.

[2]) Ital. Red. fügt bei: e pagar tutte le spese.

[3]) Vgl. Ital. Red. 75: Che ogni persona qualle ingiuriasse o dicesse malle dinanzi alla drittura facendo il loro officio sive contra il Sig. Podestà, Ministralle, logotenente, nodari o giurati, facendo l'officio loro, sia castigatto senza gratia L. 100 in cause criminalle e in civile in L. 50.

87.[1]) Item statutum est, si quis inciperet questionem dictis vel factis coram iure tam criminali quam civili, talis persona sit crodata communibus tantam mendanciam quantam dom. praetori.

88. (Ital. Red. 78.) Item statutum est, quod nulla persona debet nec possit convenire aut citare aliam personem nostrae vallis coram aliquo iudice aut iudicio extra nostram vallem seu iurisdictionem, sub poena honoris fidei et iuramenti et ducat. 100, mediam partem communibus et aliam medietatem parti.

89[2]). Item statutum est, quod quilibet hospes criminalis debeat dare raciones communibus de omnibus fallis sentenciatis et crodatis utsupra communibus; et si una communitas condonaret, tunc altera communitas possit exigere totam fallam integram.

90. (Ital. Red. 85.) Item statutum est, quod de omnibus aliis casibus criminalibus, de quibus in his statutis non sit mencio, debet administrare iusticiam secundum iura imperialia.

91. (Ital. Red. 84.) Item statutum est, quod omnes sentenciae datae et latae per ius criminale debeant esse firma et praeterea non debeant appellari.

92.[3]) Item statutum est, quod quilibet iuratus quando

---

[1]) Vgl. Ital. Red. 76: Che nissuna persona deve cominciare rumore ne quistione ne con detti ne con fatti nella casa del nostro comune in Vicosoprano, sotto pena di fede e giuramento. — 77: Che nissun deve cominciar rumore ne con detti ne con fatti innanzi alla drittura criminale, sotto pena di L. 100 senza gratia, e di più esser castigato nell' onore secondo il merito della causa; similmente se alcuno incorresse in simil errore innanzi alla drittura civile, sia punito in L. 50 irremissibilmente.

[2]) Ist von jüngerer Hand durchgestrichen worden. Vgl. oben Art. 19.

[3]) Ital. Red. 83: Che se si tien ragione per sicuranza rotto o per offesa di persone per aver pigliato parte o di che caso si sia, che ciascun giurato possa aver niente di più di bazzi due per uno per loro mercede, eccetto che in causa di maleficio essendo uno o più prigionieri, che ciascun giurato possa aver per sua mercede L. 6 al giorno e non più; e chi ciò contrafecesse, sia privato di fede e giuramento, ne sia persona alcuna che sia tenuta a pagar di più; ma il Sig. Podestà o suo luogotenente devono sempre avere il doppio, e li giurati nuovi non abbino più della altri ordinati; item li amici del prigioniere possino essere presenti alle spese che saranno fatte; item il nodaro del criminale sia tenuto dar bolettino delle spese che saranno fatte, similmente il degani siano tenuti notificar le spese innanzi alla drittura essendo domandati sempre in virtù delli statuti e non più oltre. — Art. 93 ist von einer jüngeren Hand durchgestrichen worden.

administratur iusticia super sanguinem et cum ius capit aliquas personas et cum tormentatur singulo die ac nocte, quamquam haberent plures personas, debeat habere dom. praetor pro suo salario libr. 4 den. et quilibet iuratus libr. 2.

93. Item statutum est, si administratur iusticia propter transgressionem securanciae, debet habere quilibet iuratus libr. 1 den., et similiter dum administratur iusticia de offensa personarum ac eciam de parcialitate sumpta et in casu honoris; similiter si partes venirent ad producendum testes; si autem non veniunt ad producendum testes, tunc habeant unum bazum tantum.

94. Item statutum est, quando eliguntur iurati, qui non sint e numero iuratorum iurisdictionis ordinariae, tunc illi iurati adiuncti debent habere pro quolibet die libr. 2 den.

95. Item statutum est, quod hypocaustum debeat habere pro singula sentencia fasinos (?) duos den. et non plus.

96. Item statutum est, quod iurati non debent accipere plus, prout ante constat scriptum de capitulo ad capitulum, neque hospes pro hypocausto; et si inveniretur plus accepisse, tunc ille qui condemnatus est non sit eis obligatus quicquid, et communitas debet ei praestare auxilium, salvo de viatico iuratorum inferioris portae, reliquum iuxta honorem sentenciarum.

